

Salgadus, Barbosa, Yavar.

Salgadus, & alii, quos citat, ac sequitur Barbosa de potestate Episcopi, part. 3. allegat. 78. num. 25. & novissime Anton. Novarius in de Processionibus num. 6. & Barbosa pro se adducit quandam declarationem Cardinalium.

3. Secunda sententia vera, & certissima constantiter tenet, quod non possint Episcopi, ac Ordinarii locorum, ferre censuras, scilicet excommunicationem, suspensionem, ac interdictum in Mendicantes, ac eorum privilegia communicantes, nisi tantum in casibus expressis in jure, quos infra in hac questione annumerabo. Ita multi Canonistae, Gambacurti, Hostiensis, Anchar, Dominicus; Joannes Andreas, Francus, Socinus, quos citat Sanchez statim allegandus; eandem sententiam tenet Glossa ca. 1. de Privilegiis in 6. verbo quantum ad ista; & cap. Cum olim essemus, eodem titulo, Innocentius cap. Reperimus, in fine & cap. Cum Capella, de Privilegiis, num. 1. in fine, versiculo, Item nota. Germinianus distinctio cap. 1. de Privilegiis in 6. §. ultimo, versiculo quod si Ordinarius, & in dicto cap. 1. de concessione prebende, §. Ex parte. Rota Romana in decisionibus 762. vers. idque tanto magis Navarrus Commentar. 2. de Regular. num. 63. vers. scilicet. Adde tertio, Bonifacius in Clementina Archiepiscopus, de Privilegiis, num. 56. Cardinalis Zabarella ibidem vers. Si tamen num. 5. Lupus ab utroque citatus, Covarruvias infra citandus.

Gambacurti, Hostiensis, Anchar, Dominicus, Joan. Andr., Francus, Socinus, Sanchez, Glossa, Innocent., Germinianus.

Rota Rom. Navar.

Bonifac. Cardinal.

Lupus, Covar.

4. Eandem etiam sententiam tenent communititer nostri Theologi, Henriquez de Indulgentiis, cap. 25. in fine, Sylvest. verb. Exemptio, quest. 8. Richardus in 4. distinct. 18. art. 5. quest. 5. Rosella in summa, verb. Verbum exemptum, in principio. Tabiena ibidem, num. 1. Armilla eodem verbo, num. 2. Sayrus lib. 1. cap. 8. num. 7. & lib. 4. cap. 2. num. 12. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 33. n. 23. Rodriguez tom. 2. Regul. quest. 59. art. 5. Miranda tom. 2. quest. 35. art. 1. Villalobos tom. 2. tract. 35. difficult. 5. num. 17. Hieron. Rodrig. Refol. 62. n. 1. Portel. in Additionibus, ad dubia Regularia, verb. Episcopus. Lezana tom. 4. verb. Processus quo Regul. n. 2. & in consulti. 40. num. 72. Diana p. 3. tract. de dubiis Regul. Refol. 76. & part. 7. tract. 12. Refol. 29. & part. 11. tract. 2. Refol. 8 & Refol. 23. Tamburin. tom. 1. de jure Abbatum. Bruno de privileg. Regular. p. 2. tract. 8. cap. 4. Propos. 7. Celpides de exemption. Regular. cap. 18. dubio 74. num. 23. Machadus tom. 1. lib. 4. part. 6. tract. 10. documento, 6. num. 2. duas affert Cardinalium de electione. Vide infra Refol. 47. c. 2.

Diana.

Tambur.

Machad.

5. Dicendum est cum hac secunda sententia Episcopus, ac Ordinarios locorum non posse excommunicare, nec ferre censuras in Mendicantes, ac exemptos, nisi tantum in casibus expressis in jure de quibus statim, ac proinde excommunicatio lata ab Episcopo in exemptos est nulla ac nullius effectus, & est communis inter Doctores hac nostra sententia. Probatur ex communi placito tot, ac tam gravissimorum Doctorum.

6. Probatur primò, ex jure ex cap. Cum olim, de privilegiis Ubi ait Textus, Religiosos Conventus sancti Petri esse exemptos à jurisdictione Episcopi, & pertinere ad Romanam Ecclesiam, Deinde ut refertur in eodem Textu Episcopus Eugubinus excommunicavit Abba-

tem Conventus S. Petri. Tunc Abbas accessit ad Celestinum tertium ostendendo privilegia sui Conventus data à Lucio Papa antecessore Tunc Celestinus videndo privilegium dicti Conventus, ut ait Innocentius I I I. in citato Textu in hac verba Ipse inspectis Ecclesie tuae privilegiis te licet excommunicatus ab Episcopo Eugubino dicereris, tanquam non legitimum admisit ad osculum; ergo expressè constat, quod excommunicatio lata ab Episcopo non ligat Regulares; & hic Textus maxime notandus, Quia Episcopus conqueratur, quod illud privilegium Conventus sancti Petri esset in suum præjudicium, & suam jurisdictionem perturbaret, decium fuit ab Innocentio I I I. Celestino I I I. privilegium esse validum.

Probatur secundò, ex cap. Quoniam eodem Titulo. Ubi refertur privilegium quod Religiosi non possint excommunicari ab Episcopo; excipitur tamen casus, in quo Religiosus sit Vicarius Ecclesie Parochialis, de qua exceptione dicam statim.

Probatur tertio, ex celebri Textu cap. 1. de privilegiis in 6. Ibi Innocentius IV. determinat Episcopos habere jurisdictionem in exemptis ratione delicti commissi, vel contracti in loco non exempto. Et addit in eodem Text. §. In eos, sic ait: In eos autem quibus à quocumque valeant, à Sede Apostolica est indultum: sicut sunt Religiosi quamplures in quorum privilegiis continetur, ne quisquam Episcopus, vel Archiepiscopus Monasteriorum suorum Monachos pro ulla causa ullo loco interdicere, suspendere, vel excommunicare presumat: sed eadem Ordinarii jurisdictionem suam quantum ad ista ubicumque illi fuerint, penitus exercere non possunt. Ubi Pontifex expressè determinat, quod Religiosos exemptos, quantum ad ista, scilicet excommunicationem, interdictum, suspensionem, nullam habere jurisdictionem. Ita Glossa, Hostiensis, Abbas, & multi alii quos adducunt Sanchez citatus, & barbosa ad dictum Text. qui unum tantum casum excipiunt si Monachus sit Vicarius Ecclesie Parochialis, qui excipitur in citato; cap. Quoniam in 2. Probatione.

Probatur quarto, ex multis privilegiis concessis Ordinibus Mendicantium, quæ referunt Rodriguez, & Miranda citati, sufficiat id, quod amplissime Sanctissimus Dominus Sixtus IV. concessit nobis Carmelitis in sua Bulla, quæ dicitur Mare, & incipit: Dum antea, §. 71. ubi Pontifex ait: Nullus Ordinarius, seu Legatus quavis auctoritate utens quacumque superioritatem super prædictos fratres, sibi vendicare præsumat, neque aliquis absque speciali commissione Sedis Apostolicæ faciente mentionem de verbo ad verbum, de hujus indulto valeat pronuntiare, seu promulgare aliquas sententias excommunicationis, suspensionis seu interdicti super eosdem. Et volumus, quod processus facti contra fratres præfatos pro infectis habeantur, etiam si eorum exemptio, utpote notoria, non fuerit allegata. Hac Pontifex, ubi clarissime nostrum determinat intentum.

Ponuntur

Ponuntur casus ex Concilio Trident.

10.

Sanchez, Trident.

Probatur quinto, ratione desumpta ex Concilio Tridentino, nam quoties Concilium voluit ut Episcopi possent ferre censuras in Religiosos exemptos, hoc expressè, ut sunt tres casus, & nulli alii dantur in jure: casus enumerat Sanchez citato loco num. 23. in initio Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 16. Concedit Episcopis, ut per censuras cogant Religiosos relictos ante professionem, omnia data illis à suis consanguineis. Secundus casus, Concilium eadem sess. cap. 5. concedit Episcopis, ut per censuras cogant Moniales servare clausuram. Tertius casus, idem Concilium sess. 22. in Decreto de vivandis, & observandis in celebratione Missarum, concedit Episcopis, ut si ipsis visum fuerit prohibeant eum censuris Regularibus celebrare in oratoriis, privatisque domibus; atqui Concilium in aliis casibus non ponit censuras, ut sess. 15. cap. 13. de Regularibus, quod compellatur ad processiones publicas, & cap. 24. de punitione, Religiosi delinquentis extra monasterium, si a suo Prelato non puniatur, & cap. 17. quoad explorandam voluntatem puellæ, professuræ de sua libertate ad Religionem, & eadem sess. 6. 4. quod Religiosus missus ad universitates cogatur ab Episcopo habitare in monasterio, & aliis casibus cap. 11. 13. & 14. ac 15. in quibus non apponit; ergo Concilium solum in illis tribus casibus, dat facultatem Episcopis cogendi Regulares per censuras & solum in illis casibus potestatem habent, & non in aliis casibus, quamvis Concilium dicat compellantur, quia possunt compelli per alia media, verbi gratia, penas pecuniarias, fructuum retentionem temporalia impedita, prædicationem privationem, vel alia similia, juxta cap. 1. de Privilegiis in 6. ita M. Lezana tom. 4. verb. Processio Quoad Regulares, num. 2. Gratian. decis. 32. num. 15. Peirinus in Privileg. Minor. tom. 1. Constit. 2. Sixti IV. num. 60. Ciarlinus in consensu tom. 1. cap. 50. num. 19. sic & omnes Auctores nostræ sententia.

Lezana, Gratian., Peirin., Ciarlin.

11.

Confirmatur tota hæc doctrina, & quæ ab adversariis. Cur sacrum Concilium expressè in illis tribus casibus ut Episcopi compellant Regulares per censuras, non verò in aliis casibus numquid hoc casu, ac fortuito factum est à Concilio in Spiritu sancto legitime congregato, non dicendum est casu factum esse, sed Spiritu sancto dictante, quia tantum in illis tribus casibus ordinavit, ut complerentur per censuras, & non in aliis casibus; quod in simili casu non ponitur tanquam non positum haberetur.

12.

Rebuff., Cenedo., Tuschus., Ubaldu., Castro.

Confirmatur tota hæc doctrina, & quæ ab adversariis. Cur sacrum Concilium expressè in illis tribus casibus ut Episcopi compellant Regulares per censuras, non verò in aliis casibus numquid hoc casu, ac fortuito factum est à Concilio in Spiritu sancto legitime congregato, non dicendum est casu factum esse, sed Spiritu sancto dictante, quia tantum in illis tribus casibus ordinavit, ut complerentur per censuras, & non in aliis casibus; quod in simili casu non ponitur tanquam non positum haberetur.

voluit eos ab his abstinere, & alio mitiori modo agere.

Ex dictis primò inferes, quod si Episcopus exceptis illis tribus casibus excommunicaverit Regularem, excommunicatio est nulla, & ipse Religiosus in bona conscientia, se potest habere tanquam non excommunicatum, tam in foro interiori, quam exteriori, & potest publicè celebrare, & alia facere, ac si nulla excommunicationis sententia contra eum esset prolata, quia privilegium Mendicantium est valde notorium, cum sit insertum in corpore juris. Confirmatur ex citato privilegio Carmelitarum, ubi expressè Sixtus IV. declarat, quod talis excommunicatio contra eos lata, sit nulla, etiam si eorum exemptio utpote notoria, non fuerit allegata. Ita Covar. in cap. Alma mater 11. part. §. 7. num. 5. Corduba in suo questionario magno, lib. 3. quest. 43. Rodrig. tom. 2. quest. 59. art. 5. Miranda tom. 2. citata quest. 33. art. 11. Et vidit quod Episcopus Copimbric. excommunicavit eum declaratoria Rectorem Collegii S. Augustini, & universitate approbante, ipse non se habuit ut excommunicatum; & Archiepiscopus Ulyssiponen. excommunicavit Priorem Eremitarum sancti Augustini, & Carmelitarum, ac ministrum sanctissimæ Trinitatis, quia noluerunt accedere ad processionem D. Marci, & doctissimi Viri Consultis, ipsi non se habuerunt excommunicatos, quia censura judicabatur nulla ac nullius effectus.

13.

Covar., Corduba, Rodrig., Miranda.

Ponuntur duo casus ex Gregorio XV. & ex Clemente X.

Hæc, quæ diximus, procedunt secundum jus antiquum, ac decreta Concilii Tridentini. Postea verò Gregorius XV. in sua constitutione, quæ incipit inscrutabili. Quæ habetur tom. 4. Bullarii inter Bullas hujus Pontificis num. 18. ubi Pontifex confessarios, & confessorios tam sæculares quam Regulares, quomodo libet exemptos, delinquentes in his maxime, quæ pertinent ad confessionem omnimodè jurisdictioni, visitationi & correctioni Diocesani Episcopi, tanquam sedis Apostolicæ delegati, subjicit, & subiectos esse declarat; & ait. Ita ut Episcopi in superscriptis casibus, in prænomatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quomodocumque delinquentes, & quando opus fuerit etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque penas ut ejusdem sedis delegati, procedere, omnemque jurisdictionem exercere libere, & licitè valeant.

14.

Gregor. XV.

Tamen hæc constitutio Gregorii XV. suspensa fuit ab Urbano VIII. ad instantiam Serenissimi Regis Philippi pro Regnis Hispaniæ ut constat ex Brevis Nuntii Apostolici tunc temporis existentis. Nunc verò Eminentissimi Cardinalis Saccheri 21. Aprilis anno 1625. Deinde supplicante Nuntio Regis Hispaniarum obtentum fuit Breve ab Urbano VIII. pro illius suspensione, quod de verbo ad verbum affert Antonius de Hinogosa in directione discus. Regular. verbo confessarius de quo etiam Augustinus Bellis in tract. de defensione Regular. & Alphonsus Carranza in informat. Gg 4 pro

15.

pro Religionibus. Lezana tom. 1. cap. 19. num. 35. & in Consulit consulto 40. n. 73.

16.

Tamen postea sanctiss. Dom. Clemens X. sua constitutione, quae incipit, *superna Magni* & de verbo ad verbum retuli supra in hoc opusculo Resol. 23. quest. 16. In qua Summus Pontifex Clemens X. revalidat citatam constitutionem Gregorii XV. & dat jurisdictionem Episcopis, ut & contra concionatores, ac Regulares confessores delinquentes quoad ipsam confessionem, aut cum scandalo viventes, vel grave delictum committentes, ut eos valeant suspendere, ac removere à confessionibus audiendis, ad ejus rei effectum revocat omnia privilegia, etiam contenta in copore juris, ut patet ex ipso contextu; vide supra citato loco citataque questione.

17.

Trident. Clemens X.

Ex quo fit manifestum, quod Domini Episcopi non possunt procedere cum censuris contra Regulares, nisi tantum in quinque, vel sex casibus, in tribus appostis in Concilio Tridentino; aliis appostis à D. Clemente X. si deliquerint in confessione, & aliis, ut dixi superiori numero male vixerint, in aliis vero casibus, qui sunt vel quindecim, vel sexdecim, in quibus Concilium, vel jus Canonicum dat potestatem Episcopis, ut procedant contra Regulares exemptos, non est intelligendum per censuras, sed per alias penas, quia quoties datur eis facultas ad censuras, hoc exprimitur.

18.

Cardinalium declarationes.

Arguitur; primò pro prima sententia ex aliquibus declarationibus Cardinalium, ex quibus videtur colligi Episcopum posse etiam cum censuris Ecclesiasticis, compellere Regulares in casibus, in quibus in eos jurisdictione illi tribuitur à jure communi, facto Concilio, & à constitutionibus Apostolicis.

19.

Respondetur; primò: Quod dictæ declarationes non ostendunt authenticæ, & ideo non tenentur eas sequi; ut sæpe jam notavi juxta Decretum Urbani VIII. Secundo: Declarationes Illustrissimorum Cardinalium non habent vim ad derogandum jus commune, nisi consulto Romano Pontifice, ut dixi superiori Resol. quest. 2. num. 5. & in talibus declarationibus nulla fit mentio de consultatione Romani Pontificis, cum nostrum privilegium sit de jure communi, ac constitutionibus Summorum Pontificum. Tertio; quia tales declarationes intelligendæ sunt de Regularibus non habentibus privilegium in contrarium, prout colligitur manifestè ex declaratione sacre Congregationis anno 1587. quam referunt

Rodrig. Suar.

Rodrig. tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 1. cap. 10. n. 27. In qua dicitur. *Regulares adentes monasteria Monialium sine licentia Episcopi, incedunt in penam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit nisi Regulares illi haberent ex privilegio, quod non possunt excommunicari, & tunc deberent puniri à suis superioribus alia pena.* Ecce jam apparet intentio sacre Congregationis, quod Regulares habentes privilegium, non ligantur censuris Episcoporum, sed si deliquerint à suis superioribus sunt puniendi. Respondetur & quarto, ut tenent Hieron. Rodrig. in compendio. Resolut. 118. num. 1. Pottel. in additionibus ad dubia Regularia, verb. *Processiones, num. 1. ex Quaranta verb. Præcedentia in sine, Barbosa in remissionibus, ad Con-*

Declaratio Cardinal.

cil. Trident. sess. 26. cap. 13. §. *Compellantur* de Regularibus sæpe à sacra Congregatione Cardinalium determinatum fuisse. Non posse, Regulares compelli ab Episcopo per censuras ad processiones & inde nostra sententia magis confirmatur.

20.

C. Pastoralis C. Præterea.

Arguitur secundo; data potestate alicui ad aliquod munus, consequenter datur ei, quidquid necessarium ad illud debet exequendum, cap. *Pastoralis, cap. Præterea de officio legati l. 2. ff. de jurisdictione omnium judicium.* Sed Episcopis datur jurisdictione regendi, ac rectè gubernandi suas Ecclesias, & quod valeant compellere Regulares etiam exemptos in multis casibus; ergo etiam eis data est potestas ferendi censuras in Regulares, si hoc fuerit necessarium.

21.

Respondetur distinguendo majorem; data potestate alicui, dantur cetera necessaria, si ipsa potestas non detur contracta, ac limitata ad aliqua verum est; si verò ipsa potestas datur limitata, falsum est, unde cum Summus Pontifex dat Episcopis jurisdictionem gubernandi suas Ecclesias, ac ferendi censuras, dat limitatè, excipiendo multos, casus; nec enim Episcopi habent jurisdictionem plenariam in omnibus, ut est manifestum, sic etiam excipiuntur mendicantes, ut non subditi Episcopis, ut patet ex jure, ac privilegii supra citatis, inde fit quod in ipsos mendicantes ut pote exceptos à jure, non valeant proferre censuras.

22.

Arguitur tertio; sicut in naturalibus natura non dat potentiam, sine essentialia ad suos actus producendos, alioquin talis potentia esset frustranea: similiter & in moralibus, non datur potestas destituta armis, & mediis, quibus solet Ecclesia, contumaces compellere, ac rebelles subjicere, ut in simili docet Glossa cap. *super questionem, verb. Exccutorem, & cap. Si ex literis, verbo si subdelegamus.* Sed media, & arma, quibus Ecclesia contumaces compellit, sunt censuræ ergo si ordinari non habent potestatem ferendi censuras in mendicantes, ac exemptos, ejus jurisdictione eorum est frustranea, ac inutilis.

Glossa

23.

Respondetur; imprimis ad id, quod dicitur de potentia naturalibus, quod sæpe à Deo impediuntur in efficacitate ad suos actus producendos, ob varios fines, ut passim contingit, sic & potestas Episcopi potest esse impedita à Summo Pontifice quoad mendicantes ob magna obsequia, quæ ipsæ Religiones exhibuerunt Ecclesiæ, & ne in multis graventur ab Episcopis, secundo respondetur cum Geminiiano, Hostiensis, Sanchez, & aliis supra citatis; quod potestas Episcopi non est destituta mediis, & armis, quoad exemptos, nam quamvis non possint eos cogere per censuras, possunt tamen cogere per alias penas verbi gratia pecuniarias, vel per privationem vocis activæ, seu passivæ, ac per privationem temporalium, nec ad jurisdictionem Episcoporum requiritur, ut possint adhibere omnia remedia, sed sufficit, quod possint ponere aliqua, ut invenitur in multis aliis iudiciis.

Geminiano Hostiensis Sanchez.

24.

Cap. final. Extravag.

Arguitur quarto, Delegatus representat personam delegantis ex cap. *finali, dist. 93. & cap. 1. dist. 94.* Glossa *vers. impediunt. Extravag. communium, 2. de sepultur.* Ac proinde facit idem tribunal cum ipso Cap. 2. de consuetudine, Gutierrez

Gutierrez lib. 1. quest. *canonicorum, cap. 1. num. 83. Mejal. de censur. lib. 2. cap. 22. num. 40.* Delegatus agit vices delegantis, Glossa *Verbo. Judices ad finem, Extravag. communium de officio Delegat.* Sed delegans, qui est Summus Pontifex potest compellere Regulares censuris ad obediendum, ergo & Episcopus ejus delegatus cum faciat cum ipso unum tribunal.

25.

Hoc argumentum posuit quidam Modernus existimans se cum ipso conficere rem, & meo videri parvam habere vim; nam delegatus representat personam delegantis, non in omnibus, alias delegatus haberet eandem plenitudinem potestatis cum Papa, representat enim personam delegantis in his, quæ ei committuntur, ac in talibus rebus commissis facit unum tribunal cum eo, verbi gratia, Vicarius Generalis facit unum tribunal cum Episcopo, & tamen juxta Concilium Trident. sess. 24. cap. 6. de reformatione, licet Episcopis, potest Episcopus in foro conscientie absolvere ab hæresi occulta, non tamen ejus Vicarius ut patet ex ipso Concilio, ut notant, Nicolaus Garcia disp. 13. cap. 10. num. 85. Anton. Ricciol. de jure personarum lib. 5. cap. 24. num. 7. & plures, quos citant, ac sequuntur Barbosa de potestate Episcopii, part. 1. allegat. 40. à princip. Sanchez tom. 1. in Decalog. lib. 2. cap. 25. à num. 15. Sic & Episcopus est legatus à Papa ad compellendos Regulares, non per censuras, sed alias penas, ut satis est explicatum, jurisdictione nempe limitata. An illa potestas Episcopi sit derogata per Bullam Cœnæ modo non disputo.

Trident.

Garcia.

Barbosa.

QUESTIO II.

An Capitulum Sede vacante succedat Episcopo in jurisdictione quoad Religiosos?

SUMMARIUM.

- 26 Explicatur illud Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in his, quæ sunt de jure ordinario.
- 27 Quando Episcopi dicuntur ut legati, jurisdictione non transiunt ad Capitulum.
- 28 Jurisdictione data Episcopis simpliciter, non transiunt ad Capitulum, & n. 29.
- 30 Probatur primo ex jurisdictione delegata, quam habent Episcopi.
- 31 Probatur secundo, quia in multis non succedit Capitulum.
- 32 Ponitur argumentum adversariorum.
- 33 Facultas Tridentini cap. licet non transiunt ad Capitulum.
- 34 Ex uno privilegio non fit ex similitudine argumentum ad aliud, & n. 35.

26.

Federicus. Abbat. Jo. Andr. Cardinalis. Hostiensis. Quaranta. Suar.

In limine istius questionis explicanda est illa universalis cum sua exceptione capitulum Sede vacante succedit Episcopo in his, quæ sunt de jure ordinario, non vero delegato. Ita Frederic. Abbas, Joannes Andreas, Cardinalis Zelarela, Hostiensis, & alii, quos citat, ac sequitur Quaranta verb. *capitulum Sede vacante*; & idem tenet Suar. de censuris citandus

& probatur ex cap. *Ad abolendum de hæres. c. s.* Cap. *Ad abolendum.* Ubi cum crimen hæresis ob suam gravitatem sit reservatum Pontifici, Pontifex in dicto cap. concedit facultatem Episcopis contra hæreticos, ac Clericis sede vacante, quæ additio esset superflua, si concessio facta Episcopo, censeretur facta capitulo Sede vacante, ergo cum illa potestas esset ex jure delegata contra hæreticos facta Episcopo, non censeretur facta capitulo Sede vacante nisi in hoc fieret specialis delegatio, & expressio, hoc etiam probatur ex cap. *His qua, cap. Cum olim de majorat. & ex Clementina I. de hæret. & ex multis aliis locis.*

Cap. Ex his Clementina I. de hæret.

Questio præterea est, an quando Concilium Tridentinum, vel jura dant jurisdictionem Trident. Episcopis in Religiosos, an hæc jurisdictione transeat etiam ad cap. Sede vacante; & in primis hæc jurisdictione in Religiosos non transeat, quando Episcopi dicuntur tanquam legati Sedis Apostolicæ, ut est illud in Tridentino sess. 22. cap. *De vit. nãr. & observandis in celebratione Missarum,* nec enim sub nomine legati Apostolici venit Capitulum Sede vacante. Tota difficultas est, quando aliquid committitur Episcopis, nulla facta mentione, tanquam legati, ut est illud de processibus, sess. 25. cap. 13. de Regularibus; an tunc in his terminis jurisdictione transeat ad Capitulum. Aliqui Auctores affirmant facto argumento ex Tridentino in cap. *Licet Episcopis,* de quo infra.

27.

Trident.

28.

Tridentin.

29.

Dicendum est Capitulum Sede vacante non habere jurisdictionem in Religiosos exemptos, in illis casibus, in quibus habent Episcopi ex speciali commissione, vel Tridentino, vel in aliis locis juris, quamvis in eis Episcopi non dicantur legati Sedis Apostolicæ, sed tantum Episcopi; hanc conclusionem ex his, quæ docent, tenent Toletus lib. 1. cap. 8. n. 5. Suar. tom. 5. de censuris, disp. 41. sect. 2. num. 1. & tom. 4. de penitentia, disp. 30. sect. 2. num. 6. Aragon. 2. 2. cap. 88. art. 12. conclus. 2. Filiucius tom. 2. tract. 20. cap. 10. num. 276. Castro Palaua part. 1. tract. 4. disp. 1. punct. 38. 1. Ledesma tom. 2. tract. 1. c. 6. post. 20. conclus. Garcia part. 7. cap. 11. num. 27. Bonac. disp. 7. de censuris 74. punct. 1. num. 7. Solorzano de jure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 13. & tredecim Doctores pro hac sententia citat, & sequitur Merolla tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. numero 15. & etiam pro hac sententia stat Diana part. 8. tract. 4. Resolut. 2. §. ultimo; & in propriis terminis Bordonius tom. 2. Resolut. 78. num. 107. quest. 20.

Toletus. Suar.

Aragon. Filiucius. Palaua.

Ledesma.

Garcia.

Bonacina.

Solorzano.

Merolla.

Diana. Bordon.

30.

Probatur primò; quia jurisdictione, quam habent Episcopi in Religiosos, non est ordinaria, sed delegata, ac specialis, ut aperte constat ex cap. *Cum olim de privileg.* Et ex multis aliis adductis superiori questione, cum Religiosi sint exempti à jurisdictione Episcoporum, ut patet ex supra citatis locis, jurisdictione in eos, non est ordinaria, sed extraordinaria, ac delegata; nam jurisdictione ordinata est in eos, qui ex jure sunt subditi, atqui Religiosi ex jure sunt exempti, & non subditi; ergo jurisdictione erga eos non est ordinaria, sed extraordinaria, ac delegata, atqui ut probatum est Capitulum Sede vacante non succedit Episcopo in jurisdictione delegata, sed ordinaria.

Confirma